

Matthias Stein

**Programma Quo Rector Universitatis Rostochiensis Matthias Stein/ U.I.D. & Cod.  
Profess. Publ. Ad Exequias, Quas Viro ... Dno: Simoni Henninges, S.S.  
Theologiae Doctori ac Templi Cathedralis ut & Coenobii ad S. Crucem Pastori  
vigilantissimo, meritissimo, Marito suo desideratissimo, Moestissima Vidua  
parat, O.O.O. Cives Academicos eo, quo par est, Studio & affectu invitat**

Rostochii: Wepplingius, [1695]

<http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn771234791>

Druck    Freier  Zugang



**S t e i n , M ,**

**in S. Henning.**

**Rost. 1695.**

*37.*







135

PROGRAMMA  
RECTOR  
UNIVERSITATIS ROSTOCHIENSIS  
**MATTHIAS Stein /**  
U.J.D. & Cod; Profess. Publ.  
Ad Exequias,  
VIRO MAXIME REVERENDO, AM-  
PLISSIMOQUE  
**DNO: SIMONI  
HENNINGES,**  
S.S. Theologiae Doctori ac Templi  
Cathedralis ut & Cœnobii ad S. Crucem  
Pastori vigilantissimo, meritissimo,  
Marito suo desideratissimo,  
**Mœstissima Vidua parat,**  
O.O.O. Cives Academicos eo, quo par est, Studio  
& affectu invitat.  
\*\*\*\*\*  
ROSTOCHII. Typis JOH. WEPPLINGII, Univ. Typogr.



vando mortem solis naturalibus oculis adspicimus, aut ratione nostrâ sibi relictâ contemplamur, horrifica, sœva atque crudelis ea nobis certò conspicietur, adeo, ut cum Philosopho lib. 3. Eth. Cap. 6. *Omnium rerum terribilium terribilissimum* eam diceret nulli dubitemus. Si enim vel ad caulas mortis, ut sunt, Diabolus & Peccatum, respexerimus, deformitas, sœvitia atque crudelitas ejus facile nobis innotescet, *Invidentiâ Diaboli mors venit in mundum* Sap. 2. 24. qui proin homicida ab initio fuisse dicitur Joh. 8. 44. quod Historia creationis omnibus circumstantiis declarat Gen. 3. Hinc & per unum hominem, scilicet Adamum a DEO deficientem, peccatum & cum peccato mors in mundum venisse, *Ad omnes homines pertransisse* dicitur Rom. 5. 12. quid autem ab hisce principiis, Diabolo scilicet & peccato, quibus nihil est terribilis, nihil truculentius, nihil funestius, nisi terribile, truculentum funestumque proficiunt potuit? Sed hæc transeant; In ipsam, mortis naturam nunc potius inqviremus, & quomodo cum homine a se destruendo agat, aut qui eum perdat, dispiciemus. Quid est mors, nisi, *Vive ita definiente* Lib. 2. de animâ, *animâ a corpore Distinctio seu discessus?* solvit enim svavissimum illud conjugium animæ & corporis, unionem puto naturalem, in quâ tota hominum vita est posita. Hanc suam sœvitiam ac crudelitatem ut eo felicius perficiat, præmitit cruentus hicce humani generis, omnisq; vitæ hostis, mortalem invasurus, nisi eum planè ex improviso obruit, suos prodromos atque prænuncios, morbos scilicet, cum quibus homo sœpe diu mul-

multumque conflictari cogitur; donec omnes planè vires  
eum deficiunt, tunc succedit mors, vitæ filum abrum-  
pit, & animam, quæ immortalis est, de corpore, tanquam  
proprio domicilio, ô ingratus & malignus holpes! mi-  
grare jubet. Quid autem homo vitâ suâ habet aut præ-  
stantius, aut nobilis, aut excellentius? hâc non tantum  
sentimus & movemur, sed & intelligimus, hâc, quicquid  
est in universitate rerum, perlustrare, omnia contemplari,  
quoniam ipsum Deum agnoscere & deprædicare possumus. Si-  
ne vitâ homo sicutum cadaver, imo nihil est. Proin vitâ  
suâ homo & meritò nil habet dulcior, nil gratius, nil jucun-  
dius; si nauta in naufragio, si miles in prælio, si viator in  
latrocinio, et si omnia perdens, vitam modò servat, eam-  
que reportat, maximè sibi gratulatur. *Pelle enim pro pelle,*  
*& quicquid homo possidet, tradit pro vitâ juâ Job. 2. 4.*  
Huc pelignus ille yates respicit quando canit: Lib. 5. Me-  
tam. arg. 1. p. m. 151.

— — Nilò fortissime, preter  
Hanc animam concede mibi, tua cetera sunt.

Qvis unquam extitit hominum, qui vitam suam, et si per-  
petuis paupertatis atque miseriæ procellis agitatus fuerit,  
non adamarit, ejusque conservationem summo studio  
quæsierit? *Ipsa enim vita, adserente Philosopho Lib. 1.*  
*Rhet. Cap. 6. etiamsi nullum aliud bonum consequatur,*  
*per se tamen amatur, optatur, expetitur.* Hinc ille Speusip-  
pus, quem Diogenes cruribus resolutum adhortaba-  
tur, ut se ipsum vitâ privaret, ap. Stob. Serm. 116. recte  
respondebat: *Non cruribus, sed mente vivimus,* vitam, eti-  
am miseram atque molestam, morti longè anteferendam  
significans. Imo omni creaturæ viventi amor vitæ natu-  
raliter est insitus, ut sui conservationem omnibus modis  
quærat

A 2

qværat & promoteat, interitum verò & mortem formidet  
ac aversetur; videmus enim ut retia pisces, feræque canes  
fugiant, imo etiam abjectissimi vilissimique vermes, inter-  
itui qvando obiciuntur, se incurvant. Vita sane maxi-  
mum, qvo nos mortales fruimur, bonum est, & inter in-  
finita supremi Numinis, qvæ ex immenso benignitatis suæ  
Oceano largiter in nos effudit, munera, velut inter Stellas  
minores Luna, eminet & corruscat; huic ergo cum mors  
insidietur, eamque nobis eripiat, qvidni & eam terribilem,  
qvidni crudelem ac truculentam dicere possemus, qvidni  
omnibus modis eam formidaremus? Si enim vel à latro-  
ne vel fure, qvitantum qvædam fortunæ bona auferre po-  
test, nobis maximè caverus, eumque pro viribus à nobis  
repellimus; qvantò magis à morte, qvæ omnia & naturæ  
& fortunæ bona simul rapit & affer? Nam juxta Pro-  
pert. 3.3.

*Haud ullas portabis opes Acharonis ad undas,*  
*Nudus ab infernâ, stulse, debere rate.*

Si pericula vitæ, ut sana ratio svadet, vitañæ mortis causâ  
fugimus ac aversamur, qvantò magis ipsam mortem, qvæ  
nos totos perimit, omnesque corporis perfectiones sensu-  
rumque operationes in nobis extingvit. Ubi enim in morte  
pristica corporis pulchritudo, ubi manuum pedumque agi-  
litas, ubi oculorum acies, ubilinguae volubilitas, ubi audi-  
endi, olfaciendi, cæterique sensus? nihil eorum omnium  
in mortuo deprehendes, loco pulchritudinis est deformitas,  
nulla distinctio est inter cadaveram mortuorum, inquit S. Ambros.  
in Hexam: nisi forte quod gravius fuerit divitium corporal luxu-  
ria distenta.: Agilitatis vicem rigor qvidam horridus, per  
omnia corporis membra diffusus, eaque omni actu pri-  
vans, explet. Oculi sunt occlusi, nec vident amplius; lin-  
gua

gua emortua est, nec loquitur, aures sonum non audiunt,  
nares odorem non percipiunt, nec ullus superest palato sa-  
por: Neque interna hominis mortui membra suas exercent  
operationes, corde enim, quod primum vivens & ultimum  
moriens physicis dici solet, calore suo naturali destituto,  
omnia simul membra tam interna, quam externa corripiuntur  
atque exanimantur, adeo, ut totum corpus, tanquam  
deforme cadaver terrae atque vermis sit obnoxium, *mortuo*  
*enim homine hæres serpentum & bestiarum ac vermium susurus est.*  
Syrach- 10. 12. Quis haec, quæ corpori suo, quod læ-  
peterrimè in vitâ sovet, aliquando sunt eventura, cogitans  
non exhorrescit, & obstupescit? quod scilicet in morte serpen-  
tes, bestiae ac vermes, quorum, dum vivit, contactum, imo  
conspectum fugit, id ipsum sint invasuri, corrosuri, plane vorati.  
Qvis non exclamat terrore ductus; quò nos, o mors  
omnium rerum terribilitum terribilissima deducis? Sed auget  
in hominibus hunc horrorem mortis, maximèque exaggerat  
ejus crudelitatem atq; sævitiam, quando sibi vim atque violen-  
tiam, quam uititur, ob oculos ponunt, animoque secum re-  
putant; aggreditur enim non modo humiles Rusticorum  
caſulas, stramineaque tuguriola, sed & splendida Magnatum  
palatia, regiasq; Aedes; non modo incultos pagos vicosq; visi-  
fat, sed & urbes celebres ac copiosas, oppida munitissima  
invictissimaq; castella. Morti omnes mundi patent aditus,  
ubicunq; ipsi grassari libet, licet, indistaque caula omnia  
trucidare atque è medio tollere potest. Arma in eam acu-  
ant potentes, omnia tormenta, omnes belli machinas, omnes  
que copias suas ei obvertant, invenientibus excelsis urbes suas  
circumdent, ferreas portas confici curent, valla, pomeria,  
turresque ipso vel Caucaso vel Atlante altiores erigant, la-  
terem lavabunt, imo oleum & operam perdent, nullum enim

A;

propri

Syph

propugnaculum adeò firmum est, quod mors superare,  
ac devastare non possit.

*Mœnia nulla trucem possunt avertere mortem,*

*Illiis & telis invia nulla via est.*

*Janua tam stabilis nulla est, quin fata recludant,*

*Hæredemq; domus per sua tela necent.*

*Qvò & Romanæ fidicen Lyra respicit, quando canit Lib. i. Carm. Od. 4*

*Pallida mors a quo pulsat pede pauperum tabernas,*

*Regumque turres.*

Qvis ergo hunc tam potentem, tamque violentum humani  
generis hostem non extimesceret, quis de morte cogitans  
totâ mente atque omnibus artibus non contremiseret? For-  
midabile erat olim Romanis vel solum nomen Hannibalis ,  
adeo, ut ad vocem: *Hannibal ante portas*, citò expavesce-  
rent omnes; mors pluris est quam Hannibal, eumq; traude  
ac violentiâ longè superat ; ille enim quandoq; vel vinci, vel  
muneribus aut precibus conciliari potuit, quod Historiæ te-  
stantur; hæc verò nullo modo ab homine vel superari vel con-  
ciliari potest, sed qvos vult, ubi ubi sint, rapit. O ergo terribi-  
lem mortem atq; formidabilem! Porro crudelitatem mortis  
auget, & hinc acerbitatem ejus nos acuit, qvod nemini ho-  
minum, cujuscunque sit dignitatis, statu aut ætatis, parcat,  
sed potius promiscuè & pro lubitu homines spiculo suo suc-  
cumbere jubeat. Mors non suspicit Reges auro purpurâq; ve  
fulgentes, nec coronas eorum, imosceptra ligonibus æqvat.  
*Dies mortis impositus est ag sedenti in throno gloria, atq; humiliiter  
abjecto iuterrâ & cinere, eg ferenti byacinthinum & coronam atq;  
amicienti crudum linum Syrach. 40. 3. 4. Hinc claudian. 2. rapt.*  
Proserp. mortem ita alloquitur:

*Sub tua purpurei venient vestigia Reges,*

*Deposito luxu, turbâ cum paupere mixti;*

*Omnia mors. æqvat.*

Neqve

Neque Sapientiam, aliasque animi dotes mors respicit, ut parcat, vidi quidem ego, inquit Sapientissimus ille Regum Israël Eccl: 2. 14. seq: esse emolumentum Sapientia præ stoliditate, ut est emolumentum lucis præ tenebris: Sapientem ipsum, ut cui sunt oculi in capite, stolidum autem in tenebris ambulare; sed agnovi similiter ego eventum eundem evenire omnibus istis. Non aestimat mors mundi delicias, neque divitiis à voracitate suâ moveri se patitur, rapit divitem Epulonem æque ac pauperem Lazarum Luc. 16. Irum cum Cræso &c: Hinc venusinus Poëta: Carm. lib. 2. Od. 14.

Compescit unda scilicet omnibus,

Quicunq; terre munere vescimur,

Enaviganda, sive Reges,

Sive inopes erimus coloni.

Neque aut sexus, aut ætatis mors ullam rationem habet, alios in ipso partu perimit, alios in optimo juventutis flore, alios in virili, alios in senili ætate.

Illa rapit juvenes primâ florente juventâ,

Non obliia rapit, sed ramen illa senes. Virg: in obit. Mecœn;

Mista senum ac juvenum densantur funera, nullum

Sæv a caput Proserpina fugit. Hor: i. Carm: Od. 28.

Imo maximam suam atrocitatem mors in eo prodit, quod sæpe ex improviso homines opprimat & extinguit, quodque eos sæpè, quos & natura & consuetudo intimè conjunxerat, qui unum cor & una anima quasi esse videbantur, separat atque divellat; eripit enim violenta hæc Libitina sæpe parentibus liberos, quibus nihil habent dulcius, aut Liberis Parentes, quibus ipsis nihil est jucundius, nihil utilius; solvit sæpe amorem conjugalem, quem perpetuum esse optabamus, altero conjugum morte sublato; imo subditis sæpe pios desideratissimosque Magistratus, Ecclesiis fidos, vigilantissimosque pastores &c. subtrahit. O

ergo

ergo mortem crudelem ac truculentam, & terribilem, smo  
omnium rerum terribilium terribilissimam, qvæ in ho-  
minem creaturarum nobilissimam adeo grassaris, tantam-  
qve ei miseriam, tantam infamiam, tantamqve ruinam  
adfers! Sic communiter de morte homines judicant, ita e-  
am sibi concipiunt, qvi solis naturalibus oculis eam intuentur!  
Et hæc forte nunc etiam apud nos erunt mortis encomia,  
hæ plurimorum hâc in urbe de morte cogitationes, hæ  
qverelæ; audimus enim hic mœstissimam Viduam de a-  
missio Marito, qvem vix complexa erat, funèstè qverentem,  
videmus anxijs, ac luctu ferè tabescentes liberos, Parentem  
suum dulcissimum acerbissimis lacrymis ac fletibus deside-  
rantes, deprehendimus cœtum hujus Civitatis maximum  
mœrere gravissimo perculsum, Pastorem suum fidelissimum  
multis suspirijs ac cordis gemitibus flagitantem, imo totam  
civitatem dolore, qvo mors, eam affecit, fermè consum-  
tam. E vitâ enim mors abstulit Virum Plur. Rev. atqve Am-  
pliss. DN SIMONEM HENNINGS, S. S. Theolog.  
Doctorem & ad Div. Jac. Pastorem meritissimum, Virum,  
ut acutissimo ingenio, sic qvoqve multâ, eâqve solidâ, eru-  
ditione præditum, Virum singulari in Deum pietate, in pro-  
ximum dexteritate atqve candore corruscantem, &c. Qvis  
tanti Viri obitum non doleret? Attamen novimus nos Chri-  
stiani qvomodo mors nobis intuenda sit, scilicet non ut for-  
midabilis seu terribilis, sed potius ut amabilis ac desidera-  
bilis; qvis enim nostrum *dissolvi* cum Paulo Philip. 1,23. &  
*apud Jesum suum esse* non desideraret? Ejus est mortem timere,  
verba sunt Cypriani Serm. de mortalitate, qui ad Christum  
nolle ire; ejus autem est ad Christum nolle ire, qui non sperat cum  
illo regnare. Merito quidem dolemus qvando Viri boni per  
mortem nobis eripiuntur, vicem tamen eorum minimè do-  
leamus, scimus enim, qvod de labore, verba sunt Bernhardi, ad  
refriges-

refrigerium, de expectatione ad primum, de agone ad brabeum,  
de morte ad vitam, de fide ad notitiam, de peregrinatione ad Pa-  
triam, de mundo ad Patrem transferint. Et licet corpora eo-  
rum corrumpantur, & in pulverem redigantur, licet vermi-  
bus corrodenda tradantur, tamen ne hoc quidem dolendum  
cum S. Chrysostomo censemus, sed gaudendum magis, quoniam  
am corruptione corporis mors ipsa corruptitur, mortalitas destrui-  
tur, non substantia corporis. Doleamus ergo non tam pie de-  
functum DN. HENNINGIUM nostrum, ipse enim est in  
statu tranquillo, felicissimo, beatissimo. Mors eum ino-  
pinata non rapuit, nec imparatum offendit; sed ut bene  
semper vixit, sic quaque bene mortuus est; Vigilando & o-  
rando horam adventus Domini expectavit. In ipso agone  
horrorem mortis, qui nobis naturalis est, non sensit (qua de re ultima ejus verba testantur) quia temper in Domino  
gavisus erat, & adhuc gaudebat; aculeum vero mortis fidei  
clypeo avertit, & sic in fortitudine Domini ac Salvatoris sui,  
cujus cum Stephano in Spiritu gloriam videbat, mortem, invi-  
& cum alias humani generis hostem, Portasq; infernales felicis-  
simè devicit. Viderant oculi ejus spirituales cum Simeone illo  
fene, cuius tum festum instabat, Salutare Domini, dimissio-  
nem ergo sui petens hic Simon, servus Domini, in pace de-  
cessit. Doleamus autem nostram vicem, quod de tanto  
Doctore, tanto Oratore, tanto Pastore ac Orthodoxyæ De-  
fensore amplius gaudere non posimus. Sed nos postu-  
lat, ut ejus curriculum vitae hic subjiciamus. Natus autem  
est Beatus noster Haffnia A.C. 1644. d. 2. Maij. Patrem habuit Vi-  
rum Pl. Rev. atq; Clariss. DN. M. SIMONEM HENNINGI-  
UM, tunc temporis Ecclesie ap. Haffnienses Teutonica, postea vero  
Templi Cathedralis apud Bremenses Pastorem meritiss. Matrem ve-  
ro Feminam omnibus sui sexus virtutibus conspicuam, MARGA-  
RETHAM LUNSGEN. Avum Paternum habuit Virum Pl.  
Rev. DN. AMBROSIUM HENNINGIUM, Pastorem Ecclesie Chri-  
sti ad Div. Martini, quae Berg est in Norwegia, per 35. Annos mer-  
itiss. Aviam vero paternam Feminam lectissimam WENDULAM.

B

Eggers/

Eggers / B. PAULI Eggers / Civis hic primarij filiam. Avum  
maternum habuit, Virum Spectatiss. D N. TIMOTHEUM LUN-  
SINGEN, Civem ac Mercatorem hic primarium; Aviam vero  
Maternam Feminam Ornatisimam MARGARETHAM Lehnba-  
chen / B. CASP. Lehnbachen / Civis hic ac mercatoris principis filiam.  
Reliquos maiores ejus satis celebres, brevitatis studio, secco, quod  
dicitur, pede praterimus. Adolescens factus B. N. hic Rostochium  
missus, à Materterà hospitio exceptus est, ubi sub ductu Clariss. VV.  
Dn. M. HERM. BECKERI, & Dn. M. DOMESII fundamenta pietatis  
atq. Eruditionis feliciter jecit; quo facto A. 1661. mense Mayo ad  
Rintelensem Academiam missus est, ibidemq; per biennium infor-  
matione potissimum usus est Viriceleberr; Dn. M. MICH. WATSONII,  
Affinis sui proximi, sub quo eximios in Philosophia progressus fecit.  
A. seq. 1663. Civis Academie nostre factus est, collegiag; cum publica  
rum privata, cùm Philosoph. tum Theol. frequentando sedulum se  
prestitit, ubi & bis publ. disput. sc. sub B. Dn. D. A. VARENIO, in Colleg.  
Jesai, & B. Dn. D. HENR. MULLERO, in Decad. quæst. illustr. Theol.  
suam prodidit industriam, A. 1667. hinc profectus est Stockholm, Sue-  
cor. & inde Chilonium Holsat. ubi introductioni tum novæ ejus Aca-  
demia adfuit, quâ peractâ, bucrediit, & usq; 1668. in almâhac com-  
moratus est, magnamq; cum à studiis tam Theol. quam phil. tum ab  
exercitiis Homileticis laudem reportavit. Mox eodem A. 1668.  
Strale fundato abiit, ibiq; biennium, quam sapissime ad populam de-  
suggesit verba faciens, extraxit. A. 1672. ut Ephorus cum eximio  
juvne CONRADO à BERGEN, i. vñ c̄s. aymis, Viri Spectatiss.  
Prudentissimq; Dn. EBERHARDI à BERGEN, Senatoris hic fulgi-  
dis. filio LIPSIAM concessit, inde WITTEBERGAM, ALTORIUM  
& JENAM abiit; & certè exterasterras visendo perrexisset, nisi  
codem A. 1672. ab Ampliss. Senatu Rostoch. ad Pastoratum templi  
quod Sp. S. Sacrum dicitur, revocatus esset. Rediit ergo huc Spar-  
tamq; sibi oblatam, cum recusare non posset, debitâ pietate adiit,  
cui postea A. 1686. vocatio ad Pastoratum Cœnobii seu Templi ad S.  
Crucem accessit. Tandem A. 1686. legitimè ac unanimiter ab Ecclesiâ  
ad Archis. Drac. Templi Cathedralis seu Div. Jac. eleitus & vocatus  
est, quæ in statione A. 1690. sub Decanatu Viri Maximè Rev. Ampliss.  
atq. Excell. Dn. ANDR. DAN. HABICHHORSTI, S.S. Theol. D. ac  
Prof.

prof. samigeratiss. Ecce, summos in Theologik, quos dudum promerue  
rat, honoris gradus obrinuit. Postquam vero 7. Annos dicto Archidi-  
aconatu prae fuerat, an. 1693. ad ejusdem Templi Pastoratum, eam, quae  
bonos Pastores decet, januam introit. Quantam autem animi alacritate,  
quanta fide ac dexteritate, quantumq; prudentia in his sibi divinis concessis munereb; Eccles. versatq; sit, non est quod hic enaremus, nunquam v.  
quod firmiter statuo, ap. nos erit, qui de eo dubitet, aut id inficiat ire-  
audeat. Nec scriptra ejusdem eruditissima, que post ex angelatos ordinac-  
rios labores elaboravit, cum mox in publicum sint proditura, hic re-  
censebimus. Binas quoque B.N. ritus celebravit nuptias, priores quidam  
A. 1675. d. II. Febr. cum & mirabili corporis venustate & omni morum  
atque Virtutum satellitio abunde & ipsa Virgine ANNA DOROTHEA  
Brunen/Viri Spectatiss. DN. JOACHIM. Brunen/Civis ac Mercatoris  
hic primarii, Cassaque Provincialis Praefecti meritiss. filia, ex qua suscep-  
pit 8. Liberos, 4. Filios, & 4. Filias, ex quibus 3. filii, SIMON-JOACHIM,  
SIMON & AREND. JOACHIM, & 2. filiae, ANNA-MARGARETHA &  
ANNA-JUSTINA moriendo Parenti precesserunt; Unus  
autem filiorum, SIMON-AMBROSIUS, & duo filiarum, Virgines for-  
mosiss. CATHARINA-DOROTHEA & MARIA-ELISABETH adhuc  
per Dei gratiam vivunt, quibus im posterum Dominus prospiciat; Po-  
steriores vero A. 1693. d. 2. Nov. cum Lectiss. Virtuosissimaque Virgine  
SOPHIA-ELEONORA POMMER Eschen/ JCTI longe celeberr. & Ito-  
bere Rom. Imp. Civitatis Syndici primarij meritiss. Consistoriique ibi-  
dem Praesidis, dum viveret, graviss. digniss. filia, prob! nunc Vidua  
mactiss. ex qua unicum suscepit filium JOHANNEM CHRISTIANUM,  
eius itidem Deus paternam curam habeat. De morte autem B.N.  
quantum ex relationibus, quae ad nos pervenerunt, intelligere potui-  
mus, id perhibemus, quod continui ferme sudores, quos non modò or-  
dinarii sed & extraordinarii, pricipue quos ex usque hac vacante Di-  
aconatu Jacobaeo habuit, labores, ei excusserunt, cum detergendi vix,  
ac ne vix quidem, spatium habuit, tandem, ut ipse sub ineunte hoc novo  
anno prasagierat, peccato ejus occupantes ac gravantes ravimac tuissim  
molestissimata ei concitarint, ad qua mox calculus, scorbutus aliaque  
symptomata accessisse dicuntur. Et licet manus medica Excell. atque Ex-  
perientiss. Dn. D. BARNSTORFI, si addibita, attamen contra vim in-

gru-

gruentis mortis nibil effici potuit. Sentiens ergo B.N. sibi nunc diem  
illuxisse supremum, d. 28. Jan. accessito hoc sine Dn. Confessionario  
suo, Viro Pl. Rev. Dn. HENR. BECKERO, ad Div. Jac. Archi-Diac. me-  
rentiss. Sacramento Cœna magnâcum devozione ac pietate usus est,  
laudatq; Viro Ecclesiam suā majorem in modum commendavit. Cum  
vero seq. d. 29. Corporis vires eū magis magisq; deficerent, valedixit  
Conjagi sua svaviss. eiq; pro præstito amore ac fide conjugali gratias  
maximas egit, his verbis: Gott vergelte dir deine Liebe und Treue. Et cum  
Hanc maximo inde dolore affectam videret, multis, iisq; consolatio-  
ne plenissimis Scripturæ dictis eam erexit; inter alia in memoriam  
eire vocavit verba Job. 11. 40. inquiens: Bekümmere dich nicht/ und las  
dir diesen Spruch angelegen seyn! welchen Christus in der Wache saget: So du  
glaubest wirstu die Herrlichkeit Gottes sehen. Et cum illa marore plena, vix con-  
solationē admittens instaret, se hic cum liberis suis in Patria non esse,  
bisce eam confirmavit. Weil Sie für Gott nicht frömbde wesen/würden sie auch  
von Menschen nicht verlassen werden/ und wo nicht bekandt zu treten/ würde  
GOTT wahrhaftig Frömbde erwecken/ die sich ihrer und der Kinder annehmen  
würden. Tandem liberos accedere jussit, eosq; ad pietatem, charitatem  
atq; concordiam Paternè admonuit, divinum tutamen ipss pollicitans.  
Ut vero boris ejusdem diei 11. & 12. nocturnis tribus vicibus animi  
deliquium passus est, post primum interrogatus, qui valere? respons-  
dit, se insrmitatem mortisq; dolorem non sentire; Et cum regerere-  
tur, se graviter agrotare, in hac erupit verba: Am Leibe schwach/an der  
Seelen stark/ was ich am Leibe abnehme/ das nehme ich an der Seelen zu/ in  
Kraft des Glaubens/ ich bin stark in dem Herrn und in der Wacht seiner Stärke.  
Post alterū animi deliquium, nudato capite, magnâ Pietate, magnog  
ardore hac verba recitavit: Herr ich befehle dir alle die Meinigen/und auch die  
jenigen/ die du mir gegeben hast; Läß sie nebst mir erscheinen für den Thron deiner  
Herrlichkeit/ damit ich sagen kan: Herr hie bin ich und alle/ alle die du mir ge-  
geben hast/ das kein einziger davon möge aufgeschlossen bleiben. Tandem post  
tertiū animi deliquizum, quod post b. 12. B.N. passus est, iterū denudavit  
caput, & erecto corpore, clarâq; voce dixit: Herr Jesu hilf mir in dieser  
Stunde. Quo facto oculos & labia statim clausit, corpore demisit, animaq;  
suam Conditoris suo placide reddidit, & ita exemplo suo mortem Chri-  
stianonō esse terribile comprobavit. Ad hoc ergo funus deducendum.  
C.O.O.H. freqventes confluite. Convenietur in Ed. Jac. horâl. pom.  
P P, Sub Sigillo Rectorali Anno 1695. d. 12. Febr.









Prof. famigeratiss. Eccl. summos in Th  
 rat, honoris gradus obtinuit. Postquam  
 aconatu presuerat, an. 1693. ad ejus  
 bonos Pastores decet, januā introiit.  
 quantā fide ac dexteritate, quantāq; pr  
 cessis munereb; Eccles. versatq; sit, non es  
 quod firmiter statuo, ap. nos erit, qui de  
 audeat. Nec scripta ejusdem eruditissim  
 rios labores elaboravit, cum mox in pa  
 censemus. Binas quoq; B.N. rite celeb  
 A. 1675. d. II. Febr. cum & mirabilis corpor  
 atq; Virtutum satellitio abunde spicata  
 Brunen / Viri Spectatis. DN. JOACH.  
 hic primarii, Cassaq; Provincialis Praefec  
 pit g. Liberos, 4. Filios, & 4. Filias, ex  
 CHIM, SIMON & AREND. JOACHIM,  
 RETHA & ANNA. JUSTINA moriendo  
 autem filiorum, SIMON-AMBROSIUS,  
 moss. CATHARINA-DOROTHEA &  
 per Deigratiam vivunt, quibus imposter  
 steriores verd A. 1693. d. 2. Nov. cum Le  
 SOPHIA-ELEONORA POMMER Esch  
 beræ Rom. Imp. Civitatis Syndici prima  
 dem Presidis, dum viveret, graviss. dign  
 mæstiss, ex quā unicum suscepit filiū JOH  
 ejus itidem Deus paternam curam habe  
 quantum ex relationibus, qvæ ad nos per  
 mus, id perhibemus, quod continuo ferme  
 dinarii sed & extraordinarii, præcipue q  
 aconatu Jacobæo habuit, labores, ei excus  
 ac ne vix quidem, flatumbabuit, tandem  
 anno presagierat, pectig ejus occupantes ac  
 molestissimam ei concitarint, ad qua mu  
 symptomata accessisse dicuntur. Et licet m  
 perientiss. Dr. D. BARNSTORFI, sit adhibi



the scale towards document

dudum promerue  
 s dicto Archiv-Di  
 storatum, eâ, qd  
 animi alacritate,  
 sibi divinisq; con  
 emus, nunquā n  
 ui id inficiare ire  
 anelatos ordinat  
 editura, hic re  
 priores quidem  
 Comi morum  
 A DOROTHEA  
 is ac Mercatoris  
 ià, ex quā suscea  
 , SIMON-JOAC  
 HANNA-MARGA  
 cesserunt; Unus  
 m, Virgines for  
 SABETH adhuc  
 prospiciat; Po  
 simaq; Virgine  
 è celeberr. Elte  
 consistoriis ibi  
 ! nunc Vitud  
 IRISTIANUM,  
 te autem B.N.  
 telligere potui  
 r, non modò or  
 ac vacante Di  
 etergendi vix,  
 enieboc novo  
 avimac tuffim  
 torbutus aliaq;  
 Excell. atq; Ex  
 onora vim in  
 gru-

Image Engineering Scan Reference Chart T6263 Serial No.